Longob



si regis germanum legatione perfuncta patriam regre
di. Mittit puella qui eum invitaret ut vini po
culum dignaretur accipere. Ille corde simplici.
ut invitatus fuerat venit. Et quia erat statura
pusillus eum fastu superbie puella despexit. verbaque
adversum eum irrisoria protulit. At ille verecundia
pariter et indignatione perfusus. talia rursus verba
respondit que ampliorem puelle confusionem ad
ferret. Tunc illa furore femineo succensa. dolo
rem cordis cohibere non valens. scelus quod mente conce
perat explere contendit. Simulat patientiam.
vultu exhilarato. eumque verbis iocundioribus de
mulcens ad sedendum invitat. Taliterque eum in loco
sedere constituit. quo parietis fenestram ad sca
pulas haberet. quam fenestram quasi ob hospitis
honorem illa verita ne eum aliquid pulsaret suspitio
velamine texerat pretioso. Precipiens atrocissi
ma belua pueris suis. ut cum ipsa quasi ad pincer
nam loquens misce dixisset. illi eum a tergo lanceis per
forarent. Factumque est. Et mox crudelis femina
signum dedit. illique mandata perficiunt. Ipseque
vulneribus transfixus. in terram corruens exspiravit.
Et cum Rodulfo regi nuntiatum fuisset. tam crudele
germani sui ingemuit funus. dolorisque impaciens
ad ulciscendam fratris mortem exarsit. Fedusque quod cum
Tatone pepigerat inrumpens ei bellum indixit.
Quid plura? Conveniunt utrorumque in campi patentibus
acies. Rodulfus suos in pugnam dirigit. ipse in ca
stris residens de spe victorie nichil ambiens
ad tabulam ludit. Erant siquidem tunc Heruli bellorum
sive exercituum multorumque iam strage notissimi.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_927/0273
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG